dantes animadverteret. qui tunc decrevit studij gratia ibi consistere. Cognoscebat enim vile esse in propria morari patria ob suæ gentis simplicitatem. Ergo illic moratus est brevi tempore addiscens quicquid floruit in medicina, philosophia, et astrologia. Hoc tempore Haron Rusid Calipha vigesimus tertius non nominis: sed Pontificum principio Maumedanus volebat tunc mittere filium suum in locum tenentem atq; Legatum ad Chorazanum. Provincia quidem maxima, et civilis eo tempore extitit, plena divitijs, hominibusque sapientissimis, cui filio nomen erat Ebdullach, cognomine Mamon. Cum autem dictus Mamon vellet discedere præcepit ei frater suus, ut secum duceret homines virtutibus deditos. Tunc Mamon vocavit Secretarium suum, ut tales

homines

EX BIBLIOTHECA CASSELLANA